*nec falsos testes aut iura si perit⁹ esset nec di-*  
*lationes petat p̄sertim in hac causa vbi sum-*  
*marie simpliciter et de plano vt supra in que-*  
*stione sexta tactum est. et tangit. ij. q. vij. bec-*  
*tria. Et tertium qd̄ obseruat est ex pte salarij*  
*qd̄ moderat s̄m cōsuetudinē regionis. de q̄*  
*materia tractat. ij. q. vij. §. arcenf. et. §. tria.*  
*Sed ad nostrū p̄positum redeundo. Iudex*  
*ita p̄scriptas cōditiones aduocato p̄ponat. et*  
*in fine adūgat ne fautoriā heresis incurrat.*  
*qz tunc ex cōmunicatus esset. Juxta. c. ex cō-*  
*camus. i. §. credentes. Nec valet si dicat iu-*  
*dici q̄ nō defendit errorē sed p̄sonā. qz nō de-*  
*bet defendere quouis modo vt nō p̄cedatur*  
*summarie simpliciter et de plano. qd̄ faceret*  
*si petere vellent oīno dilationes. vel immiscere*  
*appellationes. que oīa refutant vt ibi in que-*  
*stione sexta recitat. qz licz errorē nō defendat*  
*cum sic damnabilior ipsis maleficiis esset. et*  
*potius heresiarcha q̄ hereticus maleficus.*  
*vt pater. x. q. ij. qui illoz. tum qz indebi-*  
*te defendit iam suspectū de heresi tāq̄ fauto-*  
*rem se facit et nō solū leuiter sed et vebemen-*  
*ter s̄m defensionē quā fecit. et debet abiura-*  
*re publice corā ep̄o. iurta. c. accusatus. frequē-*  
*ter allegatū. bec ad longū posita sunt nec par-*  
*uipendat ista iudex. qz ex aduocato seu p̄cu-*  
*ratore vbi false p̄cedere nitit. plurima picula*  
*euenire solent. vñ iudex oīno debet eū refuta-*  
*re et p̄cedere s̄m acta et pbata vbi reprehē-*  
*sibilis aduocat⁹ fuerit. Veruntū si iudex ha-*  
*buerit aduocatū irreprensibilem p̄ delatōvi-*  
*rū zelosum et iusticie amatōrē noīa testiū ei*  
*iudicare poterit. ad secretū tamē tenendū sub*  
*p̄stito iuramento.*

*¶ Questio. xi. quid faciet aduocatus cū sibi*

*noīa testiū nō publicant. Actus. vi.*

**Q**uid si querit. Quid ergo aduo-  
catus etiā p̄curatorio noīe p̄ dela-  
to faciet. vbi nec sibi nec clientulo  
suo noīa testiū publicant. quā tñ  
publicationē delatus summe affectaret. Res-  
ponso. informationē capiat a iudice de sin-  
gulis in p̄cessu cōtentis. et siquidē copiā ha-  
bere velit. suppressis tñ noībus testiū tradat  
sibi. et sic informatus accedat delatū et singu-  
la sibi p̄ponat et si materia postulat vtpote qz  
multū onerosa delato: cum ad patientiā q̄tū  
p̄t hortet. Et delatus vbi iterū atq̄ iterū in-  
stat vt sibi testes publicent. Rñdere p̄t ex fa-  
ctis q̄ cōtra te delata sunt cōiecturare testes  
poteris. nā tali maleficiatus est puer aut iu-  
mentū. aut tali mulieri seu viro dixisti. eo q̄  
talē rem quā petebas tibi cōprestare nolbat.  
tu senties q̄ melius fuisset vt tibi rem accō-  
modasses. post q̄ verba talis infirmat⁹ sub-  
ito facia tua vt testimonia clamant. que plus  
ponderant q̄ testimonia verboz. vel etiā tu-  
scis te infamatā. et a longo tpe suspectam de  
multis maleficijs et damnis hoībus illatis  
et sic replicando finaliter ad hoc deueniet q̄  
ip̄a aut inimiciā allegabit asserens sibi et  
inimiciā obiecta. aut dicet. Fateor me dixi-  
se bec verba: sed nō aio nocendi. Quare ad-  
uocatus tunc iudici et assessoribus de primo  
vicz de inimiciā habet p̄ponere et iudex in-  
quirere. Et si quidē illa capitalis inueniret  
vtpote: quia inter maritos vel cōsanguineos  
fuisse mors intentata vel secuta vel alicuius  
crimini inculpatio. vñ qd̄ foret plectendus  
p̄ publicā iniusticiā vel fuerit vulnere graua  
ex cōtrarijs et bzgis illata. tunc puidus  
iudex cū suis assessoribus discutiet an ex pte  
delate inimiciā aggrauat vel ex pte depo-  
nētis puta qz marit⁹ aut amici delate alios ex  
pte deponētis iniuste oppresserūt. tñc quidē si  
nō assunt indicia facti in pueris seu iumentis  
sive hoīb maleficiatis. nec etiā assunt aliq̄ te-  
stes aut etiā q̄ publica infamia non laborat.  
tunc p̄sumit q̄ rōne vindicte cōtra eā depo-  
suerit. et est delata oīno absoluenda et libere  
dimittenda sub debita cautione de nō vindi-  
cando rē. vt mors iudicū est. Sed queritur  
katherina habet puerū maleficiatū: seu ipsa  
per se est maleficiata seu in iumentis p̄cepit  
plurima damna. et suspicat sup illā cum⁹ ma-  
ritus aut cōsanguineus etiā p̄ prius iniuste su-  
um maritū aut cōsanguineū oppresserunt in  
publico iudicio. vñ cum hic duplex sit ini-  
micia ex pte deponētis. quia inimicat⁹ rōne  
maleficiū illati et rōne infamie iniuste obiecte

suo marito aut cōsanguineo. est ne eius depo-  
sicio repellenda aut nō. et quidē ex vna ptevi  
denit q̄ sic. qz inimiciā ibi est ex altera q̄ nō  
quia p̄fert iudicia facti. Respondet q̄ in ca-  
su quo nō assunt alij deponentes. nec etiam  
publica laborat infamia cōtra delatā. tūc nō  
statut eius depositiōni tūc sed repellitur. et  
delata tūc reddi suspecta si et inquantū mor-  
bus est maleficiosus. et nō ex naturali defe-  
ctu. et qualiter hoc cognoscitur inferi⁹ pate-  
bit q̄ canonicē est purganda. Sed si iterum  
querit an alij deponentes etiā habens sup in-  
dicia facti primū deponere que ip̄is aut alijs  
cōtulerunt: aut solū sup infamiā. Responde-  
tur q̄ si sup aliqua iudicia facti deponit be-  
ne quidē: si autē tantū sup infamiā et ita in-  
re existit. tunc iudex licet repulerit deponentē  
p̄pter inimiciā tūc iudiciū facti qd̄ protulit et  
ostendit iudex et alijs testib⁹ que sup infami-  
am deposuerūt capiet p̄ inter signo sup suspi-  
tionē vehementē et qua ip̄a delata detenta iu-  
dicari poterit a iudice sup triplicē penā. scz  
canonicē purgationis: p̄pter infamiā. Iuxta  
c. inter sollicitudines. extra de pur. ca. Item  
sup abiurationē p̄pter suspicionē. iuxta. c. ac-  
culatus. in prin. et fm̄ varias suspensiones ad  
varias abiurationes vt patebit in quarto mō  
sententiandi. Et p̄pter iudicia facti si crimen  
fateretur et penitet: nō relinquē brachio secu-  
lari ad punitionē sanguinis sed p̄ ecclesiasti-  
cum iudicem ad p̄petuos carceres iudicatur  
per secularē tūc iudicē nō obstāte q̄ ad p̄petu-  
os carceres sit p̄ ecclesiasticū iudicē iudicā-  
pōt tūc ip̄m p̄pter damna tp̄alia tradere igni.  
iuxta. c. ad abolendā. §. p̄nti. et iuxta. §. excōi-  
camus. ij. de here. que oīa patebunt inferius  
circa sextū modum sententiandi. Epilogan-  
do. Attendat iudex primo q̄ nō sit facilis ad  
credendū aduocato. vbi p̄ delata allegat ini-  
ciciam capitalē eo q̄ rarissime in tali crimine  
quis deponit sine inimiciā cū malefice semp̄  
exose oībus habeant. Secundo attendat q̄  
cum quatuor modis malefica p̄t cōuinci scz  
p̄ testes. p̄ euidencia facti. per iudicia facti. et  
per cōfessionem p̄p̄iā. et hoc vel sup infamiā  
tūc. qd̄ tantū fieret hoc p̄ testes. vel sup suspi-  
tionē tunc p̄ euidencia facti aut iudicia facti  
fieret. ex quib⁹ suspicio p̄t indicari leuis vel  
vehemens vel violenta. et hec oīa absqz con-  
fessione p̄p̄iā que si cōcurreret tūc vt dictum  
est p̄cederet. Tercio applicet p̄missa ad suum  
p̄positū sup personā detentā ad obuiandū ad  
uocato. sed vicz sit tantum mō sup infamiā  
delata. aut q̄ ibi cōcurrat aliqua iudicia vñ

reddi suspecta vehementer vel leuiter. et tūc  
aduocato sup inimiciā allegatā respondere  
poterit. Et hec q̄stum ad illam partē vbi ad-  
uocatus p̄ delato in inimiciā deponentiū  
allegauit. Sed vbi allegat secundū videlicet  
q̄ illa verba q̄ protulit contra deponentē. tu-  
senties in breui que tibi euenient. aut tu non  
habebis plures dies sanos. aut veniet in bre-  
ui q̄ tu velles mihi talem rem accōmodasse  
aut vendidisse et similia. Tunc aduocatus  
adiungat. licet malū aliquod fuerit subsecu-  
tum deponenti in rebus vel corporibus. nō  
tamen p̄pter hoc sequit q̄ illa delata hui⁹ ma-  
li sit causa tanq̄ malefica. eo q̄ infirmitates  
varijs modis accidere possunt. Item allegat  
q̄ comune est mulierū verbis hui⁹modi mu-  
tuo cōtendere zc. Super istas allegatōes iu-  
dex habet obuiare per hunc modum. si qui-  
dem infirmitas ex defectu nature accidit tūc  
excusatio locuz haberi poterit. Sed qz ex si-  
gnis et experimentis oppositū cōtat v̄pote  
quia nullo remedio naturali curari potuit.  
Item qz iudicio medicorū iudicatur vt mor-  
bus maleficialis vulgariter nachtschaden.  
Item iudicio fortassis incantatiōnū aliarum  
que asserūt seu asseruerūt morbū esse malefi-  
ciale. Item qz subito supuenit absqz aliqua  
p̄renia debilitatione. cum tū naturales infir-  
mitates successiue solent debilitare. Item qz  
fortassis curata fuit ideo qz reperit certa in-  
strumenta sub lecto aut indumentis seu alijs  
locis. et illis amoris subito sanitati restituta  
fuit. put sepissime cōtingit. Ut supra in secu-  
da parte operis patuit vbi de remedijs tra-  
ctatur. Et per hec seu similia iudex facillime  
potest obuiare q̄ talis infirmitas potius ex  
maleficio q̄ naturali defectu cōtingit. Et per  
minas obiectas suspicatur de maleficio. Si  
cut a simili si quis diceret. volo tibi cōbure-  
re horreū. et effectus subsequit. vtiqz violen-  
tam causat suspensionē. q̄ ille qui minas p̄u-  
lit horreū succenderit. licet fortassis alius et  
nō ip̄e cōbuserit.

¶ Sequit ad idē questio duodecima magis  
declarās qualiter sit inimiciā capitalis in-  
uestiganda. Actus septimus.

**N** tento q̄ a testimonio ferēdo tan-  
tummodo inimici capitales repel-  
luntur vt supra quinta questione  
tactum fuit. Inimiciā autē ta-  
lem declarare ex his que in capitulo p̄ce-  
denti tacta sunt iudici fortassis nimis obscū-

rum et difficile videat. attento q̄ delatus vel eius procurator nollent faciliter eius acquirere decisioni sup̄ materiā tactā. q̄ dicat inimicitia capitalis 7 q̄ nō. Ideo exprimēdi sūt alij modi q̄bus ī noticiā talis inimicitie iudex deueniret. vt in fonte sic minime dānaret q̄ tū reū per debitā iusticiā puniret. Et hi modi licet sint cautelosi seu etiā dolosi. tamē iudex illos praticare pōt in bonū fidei et rei publice. cū et apostolus dicat. cū essem astutus dolo eos cepi. specialiter etiā hi modi praticant super delatos nō diffamatos publice. seu etiā nō notatos per aliquod indicium facti. licet etiā iudex sup̄ quoscuq̄ delatos vbi inimicitias cōtra deponentes allegarent et noīa testium omnino scire vellent. Primus modus est. Nam datur delato seu suo aduocato copie p̄cessus ad partē suā scz deorsum et noīa deponentium seu deferentium ad partē aliā nō tū eo ordine quo deponūt sed isto modo vt nomē testis q̄ est prim⁹ in copia sit sextus vel septimus in cedula. 7 qui secundus sit penultimus vel vltimus. et sic delatus: q̄s hoc deponat vel illud. et quis sit prim⁹ vel secundus in sua copia. quo stante. aut dabis oēs inimicos: aut nō. si oēs. eo citius reprehendetur delatus de mendacio. vbi causa inimicitie per iudicē scrutabit. si quosdā vero tūc facilius causa inimicitie inuestigabit. Secundus modus esset a simili vbi daret aduocato p̄cessus copia ad partē vnā et deponentium noīa ad partē aliā. et adiunctis alijs extraneis q̄ alibi a maleficiis fuerūt perpetrata. 7 nō a deponentibus seu testibus inscriptis deposita. sic delatus nō poterit assertiue dicere illū vel istum inimicū capitalem qz nescit que sint ab illis cōtra eum deposita. Tercius modus q̄ et supra tactus capitulo quinto. Nam qm̄ delatus examinatur in fine secundi examinis anteq̄ petat defensiones 7 anteq̄ aduocatus sibi deputat. Interrogat. An reputet se habere inimicos capitales qui omni diuino timore postposito: falso imponerēt sibi labē heresis maleficarū. Et tunc forte impremeditatus ac improuisus 7 nō visis deponentium attestacionibus. respondet q̄ nō reputet se habere tales inimicos. vel si dicit puto me habere. tūc nominat. et illi inscribant et causa etiā inimicitie. vt postmodū iudex valeat eo certius inuestigare. postq̄ copia p̄cessus et noīa seorsum fuerint tradita modis q̄bus supra. Est et quartus modus vt iterū in fine secundi examinis aut cōfessionis de qua in sexta questione circa secunda interrogatoria anteq̄ denē sibi defensiones interrogat de testibus qui

gravius deposuerit cōtra eū p̄ hunc modū Cognoscis tu talem vnū noīando de testibus qui grauiora deposuit. et tunc dicit q̄ sic. vel q̄ nō. Si dicit q̄ nō. tunc nō poterit et post dando sibi defensiones et aduocatum ponere illū capitalem inimicū. cum dixerit medio iuramento prius oppositū scz nō noscere illum Si autē dicit q̄ sic. tunc interroget si scit vel audit q̄ ipse vel ipsa egerit aliqd cōtra fides sicut malefice solent facere. Si dicit q̄ sic. Talia talia fecit. Interrogat si est et amicus vel inimicus. statim respondebit q̄ amicus et hoc ideo vt eius testimonio stetur. et ex tūc in illa causa nō p̄t dare illū inimicū capitalem per suū aduocatum cum medio iuramento per antea dixit eum amicū. Si autē respondeat q̄ nihil scit deo. tūc interrogat an sit eius amicus vel inimicus 7 ipse statim respōdebit q̄ amicus. qz allegare inimicū de quo nil mali nouit. nō facit. dicit ergo sum suus amicus. At tamen si scire aliqua non obmittere qui in illa reuelare. in tali ergo causa nō poterit eum ponere ex post inimicū. vel ad minus allegabit causas inimicitie capitalis a principio. et tūc aduocato adhibebit fides. Quintus modus est nam datur delato seu aduocato copia p̄cessus suppressis noībus deponentium. et vbi aduocatus informabit eū de singulis. coniecturatur quis vel qui deposuerit talia cōtra eū. et frequēter venit in cognitionē. et tunc si dicit talis est inimicus capitalis: et volo p̄bare p̄ testes. tūc iudex habet cōsiderare si cōcorditer iuxta p̄cessum noīauit. et tunc qz dixit velle p̄bare p̄ testes illos examinabit. secrete cōuocato ad hoc bono cōsilio peritorū vel antiquorum in quibus latet prudentia. et si ita inuenerit causas inimicitie capitalis sufficientes. tunc repellat primo testes. 7 illi dimittetur si non assunt alia grauamina aliorum testium. Et hic modus quintus vt cōmunius obseruatur. et de facto malefice cito ex copia p̄cessus eliciunt qui vel que aduersus eam deposuerunt. et quia rarissime in tali causa inuenitur inimicitia capitalis quia nisi ea que ex earū malis operibus oritur. Ideo iudex de facili se habet per p̄fatos modos resoluerē. attento etiā q̄ sepius deponentes affectant se personaliter maleficiis presentare et in facie obijcere ea q̄ per maleficia eis sunt illata. Est et alius et vltim⁹ ad quē finalit̄ iudex recurrere p̄ vbi p̄dicti modi fortassis iudicarent ab alijs q̄b̄ dolosiz p̄ astutiā p̄ticipati p̄sertim q̄tuor primi. ideo oīno ad satisfaciendū et quietandū scrupulosas mentes 7 ne iudici quicq̄

obijciatur. aduertat q̄ postq̄ per p̄cedentes  
modos expertus est. nō esse aliquā inter dela-  
rum et deponentē capitālē inimiciā vult tū  
hoc idē p̄silio aliorū assessorū cōcludere in fi-  
nem ne sibi quicq̄s obijciat. faciat hoc. det de-  
lato seu eius aduocato copiā p̄cessus. depo-  
nentū tū et deferentiū noibus suppressis. et  
quia defendendo dicit se habere inimicos ca-  
pitales. 7 fortassis causas inimiciāz variā  
allegat siue in re ita sint siue nō. cōgregat tū  
iudex cōsiliū p̄itorū cuiuscūq̄ facultatis si cō-  
mode habere p̄t. vel ad minus ex p̄uidis et  
honestis p̄sonis quibuscūq̄. q̄ ad hoc tene-  
tur iuxta. c. statuta. frequēter allegatū. et illis  
totū p̄cessum integraliter et p̄fecte p̄ notariū  
seu scriptorē legi faciat. et cum testiū seu de-  
ponentū noīa publice exponat. ita tū q̄ ad  
tenendū secretū sub p̄silio iuramento omnes  
astringat. et de illo an hoc facere velint p̄t?  
habet inquirere. q̄ alias omnino nō sunt eis  
noīa illa exponenda. Et post dicat. qualiter  
per talem et talem modū inquirēdo defini-  
micicia nullā potuerit perpendere. Attamē  
subinferat si videbit̄ fiat e duobus vnū. aut  
p̄ cōsiliū discernatur. qui sint ex deponenti-  
bus repellēdi tanq̄s inimici capitales. et quō  
aut eligant̄ tres quattuor aut quinq̄. q̄ am-  
plius nouerūt in villa aut oppido. amicitiaz  
vel inimiciā. delati et testiū et qui non sunt  
p̄tes in cōsilio et publicent̄ illis tantum nō  
noīa delati et testiū. nō autē articuli. p̄cessus.  
et stabit̄ iudicio eorundē. ex primo nō pote-  
runt bene testes repellere. Attento q̄ iudex  
suos modos inquirendi practicauit. ex sc̄do  
vero totaliter se immunē faciet et omnē a se  
sinistrā suspiciōnē excutiet. tenet̄ etiā hūc vl-  
timū modū seruare vbi delatus in alieno lo-  
co et patria esset captus. Et hec sufficiant ad  
discernendū sup̄ inimiciā.

**¶** Questio. xiiij. super ea que ante interroga-  
toria in loco carceris et torture p̄ponenda:  
habet iudex aduertere et est actus nonus.

**Q**uid deniq̄ iudice agendū sit cla-  
re patz. Si enī vt cōmunis exigit  
iusticia. ad penā sanguinis nō iu-  
dicat nisi p̄pria cōfessione cōuinca-  
tur. q̄uis ex alijs duobus habet p̄ manifeste  
deprehensa in heresia p̄auitate. sc̄z ex eui-  
dentiā seu indicia facti et ex testiū p̄ductione  
legitima vsup̄ q̄stione septia tactū fuit. et de  
tali etiā delata ad p̄ns agit. tūc vtiq̄ q̄stioni-  
bus et tormentis p̄ criminū fassione exponen-  
tur. Et vt questio clara sit. ponat̄ casus qui z  
spire cōiigit et ad multoz̄ noticiā quēnit.

**Q**uidā honestus dū quandā mulierē p̄trā  
secundo nō ei ad nutū in venditiōe cuiusdā rei  
venalis complacere voluisset. illa indignata  
post tergū clamauit. in breui optasset vt an-  
nuisset. et est visitatus sic modus loquēdi ma-  
leficarū vel a simili sensu q̄n maleficiū p̄ au-  
samenta volūt inferre. tunc ille indignatus  
et nō immerito sup̄ eam vultū post tergū ver-  
tit vt eā quo aīo verba p̄tulisset inspiceret. et  
ecce subito maleficio p̄cussus os suū in obli-  
quum horribili deformitate vsq̄ ad aures ex-  
tenditur. nec retrahere potuit sed multo tpe  
in illa deformitate p̄stitit. **D**icendū factūz  
iudici p̄ponitur. casum ponimus et an p̄ ma-  
nifeste deprehensa in heresi maleficaz sit ha-  
benda querit. **R**espondere oportet ex verbis  
**B**ernar. in glo. ordinaria. et in. c. ad abolen-  
dam. vt su p̄a questione notata tangit̄ q̄ sic.  
eo q̄ tribus modis vt ibi tangit̄. quibz vt ta-  
liter deprehensus iudicat̄. et illa etiā tria nō  
copulatiue. i. q̄ oīa tria habent insimul occur-  
rere. sed vnumq̄q̄ p̄ se sc̄z euidentiā facti. te-  
stium legitima p̄ductio et p̄pria cōfessio. red-  
dit maleficā vt manifeste deprehensam repu-  
tari **I**ndiciū autē facti differt ab euidentiā qz  
cū minus sit q̄s euidentiā tū capif̄ etiā ex ver-  
bis et opibus maleficorū. vt in illa questio-  
ne septima tangitur. et iudicat̄ ex maleficijs  
nō ita subito sed p̄cessu temporis illatis per-  
minas tamen etiā p̄cedentes. sic qz cōclu-  
damus. q̄ de similibus maleficijs delatis. et  
que sub defensionibus vt p̄missum est defe-  
cerunt etiā vel nō defecerunt. eo q̄ nō fuerunt  
cōcesse. nō cōcesse autē quia nō fuerunt petite.  
iam nostra questio versatur: quid iudici agen-  
dum. et qualiter ad questionē sit p̄cedendū  
pro dicenda veritate in punitionē sanguinis  
**U**bi plura sunt iudici. p̄pter ingentes labo-  
res cōtra maleficiū taciturnitatis aduertē-  
do que etiā successiue per capitula deducēf.  
**E**t primū est. **Q** ad maleficā questionandā  
nō sit pronus. habeat tamen ad certa signa q̄  
sequentur aduertentiā. **Q**uare autē nō de-  
bet esse facilis: causa est. quia nisi diuina coa-  
ctio p̄ sanctū angelū vt maleficiū diaboli ab-  
scedat. cōcurrat. ita insensibilis in illis dolo-  
ribus efficiat̄: vt membratum citius discerpe-  
retur: q̄ alqd̄ veritatis fateri valeat. **N**ec p̄-  
pter obmittendū. tumqz nō equaliter omnes  
sunt h̄mōi maleficijs irretite. tū etiā qz diabo-  
lus sponte interdū nō coactus sancto angelo  
maleficā fateri crimina p̄mittit. **P**ro cui⁹ in-  
tellectu ea q̄ sup̄ in secunda p̄te optis. de mo-  
do p̄standi homagti diabolo tacta sunt ad-  
uertenda. **S**unt nanqz que sub certis annis

prius diabolo militant vt sex octo aut decem  
 annis anteq̄ sibi homagiū prestā: scz in cor  
 pore et aīa se eis deuouendo. vbi tñ alie a pñ  
 cipio sibi pfitendo fidei abnegationē etiam  
 subitō homagiū pstant. Cur autē diabolus  
 hoc spaciū t̄pis postulātū acceptat vtiq̄ ea  
 de causa. vt illo intermedio maleficā experia  
 tur an ore tñ 7 nō corde fidē abnegādo simi  
 li mō etiā homagiū sibi prestaret. Nā cū diā  
 bolus intima cordis nō nisi p exteriora 7 cō  
 lecturaliter cognoscere habet vt in prima pte  
 opis sub difficultate an demones ad odium  
 v̄l amorē mētes hoīm immutare pñt. plures  
 etiā reperiant q̄ necessitate aliqua aut egesta  
 te inducē p alias maleficas et sub spe p̄fessio  
 nis et euasione a fide in toto vel in pte apo  
 stant. tales vtiq̄ etiā non coactus a sancto  
 angelo relinquit. vñ 7 facilliter sua crimina fa  
 tentur. cū tñ alie q̄ sicut ore immo et corde si  
 bi adbeferūt p viribz ab eo defendant et in  
 durantur ad taciturnitatis maleficiū. Et per  
 hec patet solutio ad questionē. vñ puenit q̄  
 certe malefice de facili fatent. alie vero minis  
 me. q̄ vbi diuinit̄ diabolus nō repellit ad  
 buc tñ sponte illas relinqt. vt p temporale cō  
 fusionē et horribilē mortē ad desperationem  
 inducat. q̄s corde alligere nūq̄ poterat. Pa  
 tent hec etiā ex sacramentalibz earū cōfessio  
 nibz. in q̄bz asserunt se nunq̄ voluntarie  
 adbeuisse. et plura maleficia coacte a demoni  
 bus intulisse. Est et alia differētia q̄ cernunt  
 alique post passionē criminū sibi ipis mortē  
 intētare vt laqueo vel suspēdio vitā sibi ipis  
 auferāt. q̄s vtiq̄ inimicus ille operat. ne p la  
 cramentale cōfessionē veniā a deo psequant̄  
 et hoc p̄cipue illis q̄ nō voluntarie sibi adbe  
 ferunt. licet et alijs q̄ sibi voluntarie adbe  
 rant post criminū passionē intētat. sed tunc  
 cernit q̄ diabolus coacte maleficā habuit res  
 linquere. Cōcludam⁹ q̄ tantus vel etiā ma  
 ior p̄supponit̄ labor ad questionandū p dis  
 cenda veritate maleficā quātus ad exorcizan  
 dum a demone possessum. Ideo iudex nec vo  
 luntarius nec facilis ad hec esse debet nisi vt  
 dictū est in punitionē sanguinis. Sed et in  
 hac causa faciat diligentia p̄t sequit̄ primo  
 ferendo sententiam.

**¶** Questio. xv. de mō sententiandi delatā ad  
 questiones et quō prima die sit questionāda.  
 et an possit conseruationē vite cōpromittere.  
 Actus decimus.

**Q**uid deniq̄ secūdo loco iudex habet  
 aduertere stat post actus in eo q̄ feret  
 sententiā p modū qui sequit̄. Nos iu  
 dex et assessores. attendentes meritis. seu cōs

siderantes merita. p̄cessus facti per nos con  
 tra te tale. talis loci. talis dioecesis. et diligen  
 ter omnibus examinatis. inuenim⁹ q̄ tu es  
 varius in tuis confessionibz vtpote q̄ dicis  
 tales minas p̄tulisse nō autē eo nocendi aīo.  
 et tñ nihilominus sunt indicia varia q̄ sunt  
 sufficiētia te ad exponendū questionibz 7 tor  
 mentis. Ea p̄pter vt veritas ab ore tuo p̄prio  
 habeat. et vt deinceps aures iudicū nō offen  
 das. Insuper loquēdo declaram⁹. iudicamus. 7  
 sententiamus. die p̄nti et hora tali te suppo  
 nendū questionibz et tormentis. Lata fuit hec  
 sententia 7c. Secūdo stat actus in eo q̄d vt p̄mis  
 sum est adhuc nō sit voluntarius ad questio  
 nandū. sed carceribz ad penā mancipatus et  
 nō iam ad custodiā tñ vt prius et adhibitis  
 eius amicis vt penas subterfugiat et q̄ for  
 tassis morti nō tradat. licet alias puniet vbi  
 veritate fatetur. illis p̄ponat et q̄ ad hoc ipm  
 delatū inducere velint hortat. Nam medita  
 tio fr̄quēs et carceris calamitas ac replica  
 ta informatio p̄borū virozū disponūt ad ve  
 ritatē erudiendā. et a nobis expertū est q̄ per  
 h̄mōi informatōes malefice taliter cōsolate  
 fuerūt vt in signū resistentie in terrā spuētes  
 quasi in faciē diaboli dicebāt. exreas maledi  
 cre diabole faciā q̄d iustū erit et p̄sequēter cri  
 mina sua fatebant. Si vero cōuenienter dela  
 to expectato et tpe p̄gruenter p̄rogato 7 mul  
 tipliciter informato. Credat iudex bona fide  
 ipm delatū negare veritatē. questionēt eū mo  
 derate vtpote sine sanguinis effusione. scien  
 tes q̄ questiones sunt fallaces. et sepius vt ta  
 ctum est inefficaces. Est autē modus incipie  
 di talis. vt dū ministri se disponūt ad questio  
 nandū post expolient eū. vel si est mulier. pri  
 us anteq̄ ad carceres penosos duceat ab alijs  
 mulieribus honestis et bone fame expoliet.  
 ea de causa vt si maleficius aliq̄d insutū esset  
 vestimentis. put sepe ex informatione demo  
 num practicant. ex mēbris pueri nō baptisā  
 ti. in sinē vt pueri visione beatifica p̄uient.  
 Et dum instrumēta disponunt iudex p̄ se et  
 p̄ alios bonos viros fidei zelatores inducāt  
 questionandū. ad fatendū veritatē libere. et si  
 fateri noluerit mādet ministris q̄ ad cordas  
 ligetur. vel ad alia instrumēta applicet. et ibi  
 statim obtemperēt nō leui s̄ q̄si turbati. post  
 iterū solvatur ad petitionē aliquorum et ad  
 partē trahatur et iterum inducat et inducen  
 do informetur q̄ non tradatur morti. Vbi  
 queritur. An hoc iudex sup delatū infama  
 tum. et per testes et indicia facti legitime cō  
 uictū. cum nihil desit nisi vt ore p̄prio crimē  
 fateatur. possit licite in cōseruationē vite cōs

promittere cum tñ si crimen fateat ultimo sup  
plicio pñict. Respondet a varijs varia sen  
tuntur. Nam quidā ita sentiūt: q̄ si delata  
est plurimū infamata et sup indicia facti vio  
lenter suspecta. et q̄ ipa in magnū nocumen  
tum sit tanq̄ aliarū maleficarū magistra. etiā  
tunc securari posset de vita sub bis circum  
stantijs. vt ppetuis carcerib; in pane et aqua  
adiudicaret dum mō alias maleficas sub cer  
tis et verissimis signis manifestaret. nec tñ il  
la pñia carceris vt ponit ei manifestanda ef  
fer. sed dumtaxat securitas vite pmitteuda et  
liquali penitentia puniēda per exilium vel  
alio modo puniēda. Et sine dubiō pro ma  
leficis famosis et presertim que maleficis me  
dicaminib; insistant. et maleficiatos super  
stitiosos acerbis curat taliter seruande essent  
vt aut maleficiatis subuenirēt aut maleficas  
pderent. nec tñ eoz pditioni stare eo q̄ dia  
bolus mendax nisi piter et alia indicia facti  
cū testibus cōcurrerēt. Alijs videt ad idem  
in casu quo sic carcerib; deputata esset ad tē  
pus pmissio seruanda et post spacū ipis in  
cineranda. Tercij sunt qui dicūt iudicē secu  
re posse in pseruationē vite cōpromittere. ita  
tñ q̄ expost a sententia ferenda se exoneraret  
et in suū locum aliū substitueret. Inter quos  
modos primus licet videret vtilis ppter ma  
leficiatorū curationē. tñ q̄ nō est licitū male  
ficia p maleficia seu illicita opera tollere licet  
vt in questione prima et introductoria hui  
tercie ptis patuit. plurimoz opinio sit. q̄ lici  
tum sit maleficia p opera vana et supstitiosa  
tollere. Sed q̄ in his magis docet iudices  
experientia atq; vsus et negocioz varietas  
q̄ ars alicuius seu doctrina. Ideo relinquit  
hoc iudicib;. Tertū est autē vt experientia plu  
ries docuit. multi faterent veritatē nisi q̄ me  
tu mortis retrahunt. Tercio stat act⁹ in isto  
q̄ si nec minis nec talibus pmissis fateri vo  
luerit veritatē. tunc ministri sententiā lacram  
exequant. et questionetur cōsuetis modis et  
nō nouis. nec exquisitis leuius vel fort⁹ fm  
q̄ crimen exigit delinquentis. et dū questio  
natur de certis articulis. sup q̄bus questio  
natur. interroget. et hoc sepe et frequēter a le  
uiozibus incipiendo. q̄ citius cōcedet leuia  
q̄ grauiora. Et dum hec fiunt notari⁹ totū  
scribat in pcessu. et quō questionat et de qui  
bus interrogat. et quō respondet. Et nota q̄  
si fatetur p tormenta ducat postea ad aliū lo  
cum. vt denuo recognoscat et q̄ nō tantum  
mō vi tormentoz cognouerit. Quarto stat  
actus in isto q̄ si questionatus decenter no  
luerit fateri veritatē. Nonant alia tormento

rum genera corā eo dicendo q̄ oporteat euz  
sustinere nisi fateat veritatē. Qd si nec sic po  
terit ad terrore vel etiā ad veritatē induci. tñ  
pro secunda aut tercia die questionanda ad  
cōtinuandū tormenta nō ad iterandū. qz ite  
rari nō debēt. nisi noua supuenissent indicia  
feretur corā eo sentētia in modū qui sequit.  
Et nos pfati iudex vt supra. Assignam⁹ tñ  
bi tali. diem talē ad questiones cōtinuandū.  
vt a tuo ore pprio veritas oriat. et totū ponat  
in pcessu a notario. Et infra illud tpus assi  
gnatū iudex per se aut per alios pbos viros  
inducent eū ad fatendū veritatē modo pmiss  
so cum securitate vite si ita videbit expedire.  
Aduertat etiā iudex vt infra illud tpus conti  
nue apud eā sint custodes vt vic; sola nō res  
linquatur qz a demone frequentabit. vt sibi  
ipi mortē inferat si et inquantū diabol⁹ ipam  
deserere intendit. aut ad deserendū ipam di  
uinitus arcetur. hoc ipm enī diabolus/meli⁹  
noscere pt q̄ aliq; scriptis referare.

¶ **Questio. xv.** sup tormenta cōtinuanda et  
de cautelis et signis quibus cognoscere pōt  
iudex maleficā et quō se ab earum maleficijs  
debet pmunire. Et quō sint abradende et vbi  
sua habent maleficia abscondita cum decla  
rationibus varijs ad obuiandū maleficio ta  
citurritatis. et est actus. xi.

**Q**uid autē cōsequenter restat iudici  
sup tormēta cōtinuāda. Est aduer  
tendū primo. q̄ sicut nō oīm mōz  
borum est eadē medicina. sed po  
tius diuersoz et singuloz sunt diuerse et sin  
gulares medicine. sic nec ad oēs hereticos  
seu de heresi delatos. idem modus interrogā  
di inquirendi et examinandi quo ad articu  
los est seruandus. sed fm veritatē sectarū et  
personarū varius et diuersus modus exami  
nandi. Tercio ipse prudens iudex vt medic⁹  
qui putrida membra et scabiosas oues rese  
care et sequestrare ab innoxijs nititur. iā esti  
mare pt delatā maleficio taciturnitatis infe  
ctam. quam taciturnitatē euellere nō potest  
vna et infallibilis depingi regula. siue mod⁹  
immo etiā dare nō esset tutum. eo q̄ cum illū  
modū cōsequenter assuetū ac regulam gene  
ralem. dum tenebrarum filij pviderent ipm  
tanq̄ laqueum sue perditionis facilius cui  
tarent seu etiaz precauerent. Tur et igif pru  
dens ac industrius iudex occasione et modū  
interrogandi accipere siue ex testium respon  
sis seu attestationibus. siue ex his que alias  
experientia eū docuit. siue ex his q̄ ppriū inge  
nij acumen aperit. subscriptis cautelis vt cō  
Nam si inuestigare affectat an maleficio ta

citurnitatis sit inuoluta aduertat. an lachry  
mare corā eo stando queat. aut tormentis ex  
ponendo. hoc ipm enī p certissimo signo ex  
fide dignorū antiqua relatione ac ppria expe  
riencia docente adeo repertū est. q̄ etiāz si ad  
lachrymandū cōiurationibus hortet et com  
pellatur si malefica existit hoc ipm scz lachry  
mas emittere nō potest. dabit quidē flebiles  
voces et ex spūto genas et oculos linire ac si  
flecter attentabit. sup quo a circumstantibus  
caute aduertendū erit. **Modus autē cōiuran  
di ad lachrymas veras si innoxia fuerit z co  
hibere lachrymas falsas. talis vel cōsimilis  
in sententia practicari p̄t a iudice seu p̄sbyte  
ro. manū sup caput delati seu delate ponēdo**  
*quoniam ad  
lacrimas*  
**Coniuro te per amorosas lachrymas a n̄o  
saluatore dño iesu xpo in cruce p salute mū  
di effusas. Ac per ardentissimas lachrymas  
ipius gloriosissime virginis marie matris et  
sup vulnera ipius hora vespertina sparsas.  
et per oēs lachrymas quas hic in mūdo oēs  
sancti et electi dei effuderūt. et a quoz oculis  
iam oēm lachrymā absterisit. vt inquantū sis  
innoxia lachrymas effundas. si nocēs nul  
lo mō. in noīe patris et fi. et s. Amen. Ex  
perientia docuit. q̄to ampli⁹ iurabant tan  
tō minus flere poterāt. cum tñ vehementer se  
ad fletum stimulabant et genas spūto hūme  
ctabant. Possibile tñ vt post in absentia iudi  
cis et extra locū et tempus torture corā custo  
dibus flere valeant. **Q̄ si causa impedimenti  
fletus in maleficis querit. Potest dici q̄ quia  
gratiā lachrymarū in penitentibz precipuis  
donis ascribit cum celū penetrare et inuinci  
bil em vincere humilis lachryma a bernar  
do asserit. nulli dubiū quin z inimico salutis  
plurimū displicere noscitur. vñ et summis co  
natibus illas impedire nemo ambigat vt si  
nalis impenitentia potius introducat. **Sz  
quid si astutia diaboli deo pmittente etiam  
maleficā flere ptingeret cū flere here z decipe  
re etiā prium mulierz dicat. Rūderi p̄t cum  
occulta sint dei iudicia. si alias nō posset con  
uinci p legitimos testes sup aliqua iudicia  
facti. nec etiā suspecta esset grauitur aut vio  
lenter vtiqz esset absoluēda et p leui suspitio  
ne in qua staret ppter infamiaz quā testes de  
posuerūt haberet heresim maleficarū abiura  
re. vt in secundo mō sententiandi discatiet.  
Secūda cautela nō solū post hanc primam  
observanda. verū etiā omni tpe iudici et oibz  
assessoribus aduertenda q̄ nō pmittant se ab  
ea tangi corporaliter p̄sertim sup nudā iun  
cturam manū et brachiorū. sed omnino se  
cum deferant sal exorcizatū in die dñico pal******

nam et herbas benedictas. he enim res insi  
mul cum cera benedicta inuoluta et in collo  
deportata. vt supra in secūda pte operis de re  
medijs cōtra maleficiales infirmitates et des  
fectus patuit. mirā habent efficacīā p̄seruan  
di nō solū ex maleficarū testimonijs verum  
etiā ex vsu et cōsuetudine ecclesie. q̄ in hunc si  
nem hmōi exorcizat et benedicit. vt p̄t in ca  
rum exorcismis cū dicit ad effugandā omnē  
potestātē inimici zc. **Et nō videat extraneū  
de tactu iuncturarū seu membrorū. qz diuina  
pmiſſiōne interdū per tactū: aliqui per visum  
aut p auditū verborū ab eis platorū malefi  
ciare operatōe demonū p̄nt. p̄cipue eo in tpe  
vbi questionibz exponunt. **Experientia nos  
edocente. nouimus quāsdā in castris detens  
tas que nil aliud a castellanis instantissimis  
precibus flagitabāt nisi vt in aduētū iudicis  
aut alterius p̄sidentis eis cōcederet vt primū  
intuitū visus in ipm iudicē dirigere possent  
anteqz ab eo vel alijs essent vise ex quo intui  
tu etiā fortite q̄ talis iudex aut alij sui assesso  
res. ita alienati in eorū cordibz fuerūt q̄ oēm  
si quā habuerāt indignationē amiserūt. nec  
ip̄as molestare quoquo mō p̄sumebant. sed  
libere abire pmiserunt. qui scit et expert⁹ est  
verū dat testimoniū. et vrinaz talia p̄curare  
nō possent. nō paruipendāt iudices talia au  
samenta et remedia. cū vilipensio taliaz post  
tanta auisamenta in eternā eis ceder damna  
tionē. iuxta saluatoris dictū. **Si non venis  
sem et locutus eis nō fuisset peccatū nō ha  
berent. nunc autē excusationē nō habent pro  
peccato **Duniant ergo se pmittis ex ecclesie  
institūtionē. et si cōmode fieri p̄t: ip̄a a tergo  
dorsum vterendo ad iudices et assessores in  
troducatur. et nō solū in p̄nti actu verum in  
oibz p̄cedentibz z sequētibz signo crucis  
se muniendo et viriliter aggrediēdo frangen  
tur cum dei adiutorio vires antiqui serpen  
tis. **Nec quis estimat superstitiosum vt a ter  
go introducat cum vt sepe tactū est canoni  
ste ad tollendū z impediendū maleficia maio  
ra cōcedunt z vana vanis cōtundere se n̄ per  
dicant esse licitū. **Tercia cautela in p̄nti actu  
vndecimo obseruanda. vt pili ex omni parte  
corporis abradant. et est eadē ratio. sicut su  
pra de vestimentis exuendis. habēt enī inter  
dum p maleficio taciturnitatis aliquas su  
perstitiosas alligaturas quarundā rerū siue  
in vestimētis siue in pilis corporis et interdū  
in locis secretissimis nō noiandis. qd si obij  
ceretur. **Quāqd diabol⁹ absqz hmōi ligatu  
ris rez posset mentē malefice indurare vt cri  
mina non valeat fateri. sicut et alij scelerosi**************

sepius inueniuntur. sub quibuscunq; maris  
 mis tormētis q̄stumcūq; p̄ indicia facti aut  
 per testes sint cōnīcti. Respondet vtiq; verū  
 esse q̄ absq; rebus quibuscūq; demon valeat  
 talē taciturnitatē p̄curare. illis tñ rebus vti  
 in animarū p̄ditionē et offensam maiorē di-  
 uine maiestatis. qd̄ vt̄ clarius pateat. Male-  
 fica quedā in oppido bagenoz̄ ve de qua r̄ su-  
 pra in secūda p̄te opis tactū est. tale maleficiū  
 taciturnitatis p̄curare sciebat. vt̄ mascul<sup>o</sup> re-  
 center natus et nō baptisat<sup>o</sup> et cū hoc primō  
 genitus interemptus et in fornace m̄satus r̄  
 cū alijs rebz̄ q̄s expr̄mere nō exp̄dit incinē-  
 ratus et puluerisatus. si qua malefica aut fla-  
 gitiosus et his quicq; secū deferret nullo mō  
 sua crimina fateri posset. **Dic** clarum est q̄ si  
 centū milia pueri adhiberent̄ et naturali in-  
 clinatione nūq; talē effectuz̄ taciturnitatis  
 causare possent v̄t̄ur tñ vt̄ cuiq; intelligen-  
 ti p̄z̄ in animarū p̄ditionē et diuine maie-  
 statis offensionem. **Sed** et hoc qd̄ allegat̄ q̄  
 sepe flagitiosi hoīes et nō malefici talē penes  
 se taciturnitatē retinent. **Dicendum** est q̄ ta-  
 lis taciturnitas triplici ex causa prouenire p̄t  
 Primo ex naturali quodammodo duricia  
 mentis. qz̄ sicut aliqui sunt molles corde seu  
 recordes. q̄ ad lenē torturam oīa cōcederent  
 etiā quecunq; falsa. ita aliqui sunt ita duri q̄  
 q̄stumcūq; verent. veritas ab eis nō habet.  
 et p̄cipue illi q̄ alias fuerūt questionati. quo-  
 rum brachia cito sicut trabant̄ ita et flectun-  
 tur. **Secundo** puenit ex maleficio penes se  
 retento. put̄ dictū est sine in vestimētis seu in  
 pilis corporis. **Tercio** q̄ interdū licet penes  
 se nō habeat̄ maleficia insuta aut allegatā ma-  
 leficiunt̄ tñ ab alijs maleficijs q̄stumcūq; re-  
 motis. put̄ malefica quedā in v̄sbruck se ia-  
 ctare solebat q̄ vbi ad minus filū ex vestimē-  
 tis alicui<sup>o</sup> deienti haberet tñ efficere posset  
 q̄ q̄stumcūq; tormentaret̄ etiā vsq; ad mor-  
 tem nihil fateri posset. quare patet responsio  
 ad obiectionē. **Sed** qd̄ in diocesi Ratisbo-  
 nensi casus cōtigisse asserit. q̄ dum quidā he-  
 retici ex p̄pria cōfessione deuici nō solū vt̄ im-  
 penitentes immo vt̄ defensores illius p̄fidei  
 morti fuissent adiudicati. accidit vt̄ illesi in  
 igne remanerēt. tandem p̄ aliā sniam ad sub-  
 mersionē adiudicati nihil p̄ficere potuerūt  
 stupentib; oībus et fide ipoz̄ vt̄ iustā defen-  
 dere dum quidā conabant̄ sollicitus p̄sul  
 super gregē triduanū ieiunū indixit. quo de  
 uote expleto cuidā notificat̄ q̄ in certo loco  
 corpis vicz̄ sub brachio vno maleficiū quod-  
 dam inter pellēz̄ carnē insutū haberēt quo re-  
 perto et am̄mōto cōtinuo incendio p̄sumptū

fuerūt. licet ab alijs opinatur q̄ quidā nigro  
 manticus ex demonis cōsultatione qui sibi  
 hoc indicauerat p̄didisset. sed quocūq; mo-  
 do factū fuerit. verisimile est q̄ diuina virtu-  
 re demon coactus dū semp ad subuersionē fi-  
 dei machinat̄ hoc manifestauerit. **A** simili  
 vbi talis iudici acciderit casus. quid facien-  
 dum foret elicere potest. si videlicet ad diui-  
 nū recurrere p̄sidiū. vt̄ ieiunijs et orōnib; a  
 deuotarū p̄sonarū hoc genus demoniorū a  
 maleficijs expellat̄ in casu quo nec p̄ mutatio-  
 nem indumentoz̄ aut tonsurā piloz̄ ad veri-  
 tatem fatendā sub tortura induci valeat. **Et**  
 licet in alemanie p̄ribus talis abrasura p̄ser-  
 tim circa loca secreta plurimū censetur inhō-  
 nestā. qua de causa nec nos inquisitores vsi  
 sumus. sed tonsis capillis capitis cum cali-  
 ce aut cipro aque benedicte guttulā cere be-  
 nedicte immittendo. et sub inuocatione san-  
 ctissime trinitatis ieiuno stomacho trinies in  
 potū ministrando per dei gratiā a plerisq; ta-  
 citurnitatis maleficiū abstulimus. tñ in alijs  
 regnis inquisitores talē per totū corpus ab-  
 rasuram fieri mandat̄ vnde et cumanus inq̄-  
 sitoz̄ nobis insinuauit q̄ anno elapso q̄ fuit  
**Decclxxxij. xl. et vnā maleficas incinerari**  
 mandasset. oībus per totū corpus abrasis. et  
 hoc in districtu et comitatu burbie. vulgariter  
 r̄vurmfer bad. in cōfinibus archiducis  
 austrie versus mediolanū. **Qd̄** si querit. an  
 tpe necessitatis quo nullis remedijs cōgruis  
 maleficiū remoueri vt̄ p̄missum est licitum fo-  
 ret diuinatrices q̄ etiā maleficia curare r̄ tol-  
 lere solent p̄ ammotione talis maleficij r̄ su-  
 lere. **Risio.** quicq; sit de negotio ratisbone  
 peracto exhortamur in dño vt̄ in nullo casu  
 q̄stumcūq; necessario p̄ republica diuinatri-  
 ces cōsulerēt. et hoc p̄pter magnā offensam di-  
 uine maiestatis cum tot alia sint nobis reme-  
 dia cōcessa. p̄ q̄ oīno assequi poterim<sup>o</sup>. aut in  
 p̄pria petiti forma. aut in equialēti. ita q̄ oī-  
 no veritas experiet̄ vel ab ei<sup>o</sup> ore vt̄ incinera-  
 ri valeat vel deus auferet ipam de medio. ali-  
 am mortē sup̄ eā p̄mittendo. **Hec** aut̄ nobis  
 remedia p̄ponunt̄. vt̄ primo faciat̄ hō id qd̄  
 p̄t ex p̄pria industria r̄ ex p̄pria viriū suarū ex-  
 ercitatione modis supra tactis insistēdo plu-  
 ries et p̄sertim certis diebz̄ vt̄ iam in sequēti  
 q̄stione patebit. **q. Corint. ix.** Abundentis in  
 oē opus bonū. **Secdo** q̄ si deficit recursū  
 habeat p̄ consilio ad alios hoīes. q̄ forte sibi  
 remediū de quo nūq; cogitauerat impartiret̄  
 eo q̄ varij sunt modi ad maleficia tollenda.  
**Tercio** si p̄dicta deficiūt habeat recursuz̄ ad  
 deuotas p̄sonas. iuxta illud **Eccl. xxxij. lū**

Abaslo impit

Vto

viro sancto assiduus esto quemcumque agnoueris observante timore dei. Item vt sancti in p[re]s[ent]ia inuocent p[ro] eos. Que si o[mn]ia defecerint recursum habeat immediate ad deum iudex et o[mn]is populus ieiunjs et oronibus vt tale maleficiu[m] sua pietate ammoueat. sicut iosaphat ij. palip. xx. **U**n ignoramus q[uo]d agere debeamus. hoc solu[m] habem[us] residui: vt oculos nostros dirigamus ad te. et sine dubio deus in necessarijs nostris no[n] deficiet. **U**n et Aug[ustinus]. et habetur. xxvi. q. vij. no[n] observabis. Qui has et qualcu[m]q[ue] diuinationes aut fara aut auguria obseruat aut attendit. aut co[n]sentit obseruantijs. aut talib[us] credit. se[ci]p[er] opere p[er]sequendo. aut ad domu[m] earu[m] vadit. aut in domu[m] sua[m] introducit. aut interrogat. sciat se fide[m] christianam et bap[ti]smu[m] puaricasse. et paganu[m] et apostata[m] et dei inimicu[m]. iram dei in eternum grauit[er] incurrere. nisi ecclesiastica penitencia emendatus: deo reconciliat[us]. **N**o[n] deficiat ergo iudex semp[er] licitis vtendo iuxta p[re]missa remedijs et finaliter subscriptis cautelis.

**Q**uestio. xvi. de t[em]p[or]e et de secundo mo[do] interrogandi. et est actus. xij. sup[er] finales cautelas a iudice obseruandas.

**S**uper p[re]missa sunt aliqua aduertenda. **P**rimo q[uo]d sacrationib[us] diebus et infra missaru[m] solennia sunt interrogande. ita vt et populus adhortetur ad implorandu[m] diuini auxilij in generali nihil specificando nisi vt co[n]tra quascunq[ue] demonum infestationes sancti inuocent. **S**ecundo ea q[ue] sup[er] tacta de salez alijs reb[us] b[e]n[e]dictis cu[m] sept[em] verbis q[ue] x[ristus] p[ro]tulit in cruce in cedula co[n]scriptis et insimul colligatis collo eius alligent. longitudo x[risti] sup[er] nudu[m] corp[us] ex cera benedicta circumcingat. si quide[m] longitudo ip[s]a co[m]mode haberi p[otes]t. experientia docuit miro mo[do] his reb[us] ip[s]as molestari vit[as] retinere precipue aut reliquias sanctoru[m]. **H**is sic dispositis et aqua benedicta in potu[m] porrecta. disponat iteru[m] ad questiones. co[n]tinuo exhortando vt prius. dum aut[em] a terra eleuatur. si per tale[m] modu[m] tormentat. iudex legat vel legi faciat dicta testi[u]m submissis no[m]inibus. taliter dicendo. ecce p[ro] testes co[n]uicta es. **I**tem si testes vellent se facie ad facie[m] ad frontare: tunc iudex interrogaret. an fateri vellent si testes sibi in facie p[re]sentarent. vbi si annueret tunc inducendi testes essent et coram eo statuendi si forte rubore seu verecundia quicq[ue] fateret. **U**ltimo si videat ip[s]as no[n] velle detegere flagicia sua. interrogabit an p[ro] sua innocentia iudicium candentis ferri vellent subire. et quia illud

candus esset quod tunc ad ipsum ordinarium recur-  
sum habeat. Et hoc contingeret ubi se purgare  
nollet. Tertius modus incidit super tale  
delatum ubi licet non vincatur confessione pro-  
pria nec testium productione legitima nec facti  
evidentia nec etiam sunt indicia super alio  
quod factum in quo unquam notatus fuisset ab  
alijs in habitatoribus ville aut oppidi nisi quod  
infamia tantum laboravit apud eos aggravatur  
aut infamia ex detente malefice depositione  
ut pote quod asseruit illum vel illam in omnibus suis  
se sociam et secum in criminibus participasse.  
hoc ipsum tamen sicut constanter delata negat  
ita et alijs in habitatoribus vel non est notum  
vel de nulla nisi de honesta conversatione  
seu etiam participatione ipsis constat. Circa  
tales talis practica seruatur. Primo quod ad-  
frontare se habent facie ad faciem et obiectiones  
mutue et responsiones diligenter sunt con-  
siderande. et si quidem varietas aliqua in ver-  
bis incidere unde iudex verisimiliter ex con-  
cessis et negatis presumere potest ipsam delata-  
tam merito questionibus exponendam. procedat  
r g

per sententias in tercio modo pcessum fidei terminandi circa vicesimamtercia questionē cōtentas ipam tormentis leuiter exponēdo adhibitis cautelis alijs q̄ plurimis et necessarijs de quibus circa principium huius tercie partis supra patuit ad longum. et ex quibus presumit talem esse aut innoxiam aut ream. Quartus modus incidit vbi talis delatus inuenitur suspectus leuiter. et hoc vel cōfessione p̄pria vel depositione alterius detente. et sunt qui ad hanc leuem suspicionē reducūt illos qui ad procandū mulieres maleficas cōsuluissent. vel vbi inter cōiugatos odio se mutuo persequentes amozē pcurassent. aut etiā pro aliquo cōmodo temporali apud maleficas laborassent. sed quia tales vtiq̄ excōmunicati sunt tanq̄ hereticorum credentes iuxta. c. excōmunicamus. i. §. credētes. li. vi. de here. vbi dicit. credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus. quia etiam ex factis presumitur de affectu. ad hoc ar. xxxij. q. ij. qui viderit. ideo videtur q̄ acris sint puniēdi et sententiandi q̄ illi q̄ de heresi leuiter habentur suspecti prout iudicandi sunt aliqui ex leuibus cōiecturis. puta qz eis seruitia exhibuissent. litteras detulissent. eorum erroribus sic nullam fidem adhibuissent q̄ tamē illos non manifestassent. alimonia ab eis accepissent. Sed siue illi siue isti intelligant hoc qd̄ in cōsilio peritorū cōclusum fuerit super leuem suspicionē psequendum erit a iudice per talem practicā. talis enī aut abiurabit aut canonicē se purgabit. s̄m q̄ in quarto modo pcessus fidei terminando sub questione vicesimaquarta tangit. Sed tamen qz potius videtur q̄ abiuratio sit indicenda. et hoc p̄pter alle. c. excōmunicamus i. §. q̄ vero inuenti fuerint sola suspicionē notabili rē. tamen nō debent si relabātur pena relapsorum puniri et pcedetur put in quarto modo pcessum fidei terminando circa vicesimamquartam questionem factum est. Quintus modus incidit vbi talis delatus inuenitur suspectus vehemēter. et hoc simili modo vel cōfessione p̄pria. vel depositione alterius malefice detente. et sunt qui ad hanc leuem suspicionem reducunt impeditores iudicum directe vel indirecte eorum officiū inquirendo maleficas impediēdo dummodo hoc scienter fecerint. ex. c. vt inquisitionis negotium. li. vi. de here. Item reducūt omnes qui impediētibus prestant sciēter auxiliū cōsiliū vel fauorem. patet per alle. c. vt inquisitionis. Item reducunt qui citatos aut cāptos hereticos instruunt de celanda veritate

et vt illam subtrahant vel falsitatem asserant. et hoc ex. c. accusatus. et. §. si. Item reducunt omnes qui eos quos sciunt hereticos recipiant scienter deducunt vilitant vel associāt munera mittunt seu fauorem impendūt. que omnia in fauorem nō persone sed culpe fiunt vbi scienter fiunt. Et ideo dicunt q̄ vbi delata persone participat de premissis et hoc p̄ consiliū ita iudicatum fuerit. Tunc iuxta quintū modū pcessum fidei terminandi sub questione vicesimaquinta sententianda est. taliter vt omnem heresim sub pena relapsorū vbi reciditaret habeat abiurare. Possumus tamē asserere adiucendo q̄ iudices respectū habeant super vniuscuiusq̄ malefice incinerate aut detente familiā prolem seu etiam p̄geniem. eo q̄ vt plurimū tales reperiunt in secrete cum malefice etiā p̄rios infantes ex demonum informatione ipsis habent offerre. vnde et indubie in quibuscunq̄ flagitijs informare patet bec ex prima pte operis. Probatur et ex eo q̄ sicut in simplici heresi p̄pter agnitorum hereticorum familiaritatē dum quis de heresi infamatus existit etiam cōsequenter ratione familiaritatē est de heresi vehementer suspectus: ita et in hac heresi maleficarum. presatus autem casus patet in. c. inter sollicitudines. extra de pur. ca. vbi apparet. q̄ ratione infamie de heresi fuit decano cuiusdam indicta purgatio canonica. Et ratione familiaritatis hereticorum abiuratio publica. et ratione scandali fuit prinatus beneficio quousq̄ scandalum sopiretur. Sextus modus incidit vbi talis delatus efficitur suspectus violenter. hoc autem fit non ad simplicem vel nudam depositionē alterius malefice detente. sed ad indicia facti que eliciunt ex quibusdam verbis et factis a malefica detenta perpetratis et platis: quibus ad min⁹ delata asseritur interfuisse et operibus deponentis cōmunicasse. Pro quorum intelligētia aduertenda sunt ea que supra questione decimanona tacta sunt. precipue super violentam suspicionē quomodo ex violentibus et cōuincētibz oritur coniecturis et quāliter iudex violentatur ad credendū. ex sola suspicionē aliquē esse hereticum qui tamen fortassis bonus catholicus in corde existit. Sicut canoniste exemplificōnt circa simplicem heresim de eo qui citatus in causa fidei ad respondendū rennuīt cōparere cōtinuaciter. p̄pter quam p̄tumaciā excōmunicatur in qua vbi per annū perseverauit efficitur suspectus de heresi violenter. Quare et a simili circa talem delatā aduertenda sunt indicia facti

et quibus efficitur violenter suspecta. et p  
natur casus. detenta malefica asseruit illā in  
terfuisse suis maleficijs. que tamē delata con  
stanter negat. qd ergo faciet. vtiq; opus erit  
cōsiderare an ex aliquib; opibus sit vehemē  
ter suspecta et an vehemēs suspicio in violen  
tam valeat trāsire. sicut in p̄fado casu citatus  
responsurus vbi nō cōparet sed rennuic con  
tumaciter sit suspectus leuiter de heresi. etiā  
vbi citatus fuit in nō causa fidei. si autem in  
causa fidei citat⁹ rennuic cōparere et ppter cō  
tumaciā excōdicatur tunc sit suspectus vehe  
menter. qz tunc leuis suspitio transit in vehe  
mentē. et si per annuz psistat tunc vehemens  
transit in violentā. ita cōsiderabit iudex si rō  
ne familiaritatis p̄tracte cū detenta malefica  
sit delata vehementer suspecta vt immediatē  
in quinto mō incidendi tactū fuit. tūc opus  
erit cōsiderare an ipa vehemēs suspitio in vi  
olentā transire possit. p̄sumit eni qz transire  
possit id est qz flagitijs detente ipa delata in  
terfuit vbi familiaritatē cum ea frequēter ha  
buit. Est ergo p̄cedendū iudici iuxta sextuz  
modū p̄cessum fidei terminandi. put in vice  
sumasexta q̄stione tangit. Qz si querit quid fa  
ciet iudex si adhuc talis delata ab altera ma  
lefica detenta oīno psistat in negatiua nō ob  
stantibus quibuscūq; indicijs aduersus eaz  
p̄ductis. Respondet. Primo iudex debet ad  
uertere sup negatiuas responsiones an ex vi  
cio seu maleficio taciturnitatis pueniant si  
ue nō. et quidē vt in primis questionib; que  
stione. xv. et. xvi. huius tercię ptis patuit. in  
dēt cognoscere p̄t si flere et lachrymas emit  
tere non valeat. et vbi in questionibus quasi  
insensibilis reddi ita qz ad pristinas vires fa  
cilit̄ redit tunc quidē violenta suspitio ag  
grauatur z oīno nō est libere dimittenda sed  
vt in sexto mō sententiandi et p̄cessum fidei  
terminandi patuit supra allegato perpetuis  
carceribus ad penitentiā pagendā deputāda  
Si vero maleficio taciturnitatis nō sit infe  
cta ppter vehemētes dolores quos in q̄stioni  
bus sustinet vere et realiter cū tñ aliē ex male  
ficio taciturnitatis quasi insensibiles reddū  
tur vt dictū est. tunc vltimū refugium iudex  
habere p̄t sup canonicā purgationē que si a  
seculari iudice indicif dicit vulgari licita.  
quia nō de numero illarū purgationū vul  
gariū de quib; ij. q. iij. cōsuluisti. et. c. mono  
machia. tractat. In qua purgatione si defece  
rit vt reus vel rea iudicabit. Septimus mo  
dus incidit vbi delatus ipē nō reperit legit  
ime deprehensus nec p̄pria cōfessione nec facti  
euidētia nec testū legitima p̄ductione. sed

37p  
tñ reperitur a detenta malefica delatus vel  
delata. et cū hoc reperiunt indicia q̄ ipm red  
dunt suspectū leuiter vel vehementer v̄potē  
qz solummō habuit magnā familiaritatē cū  
maleficijs tunc tali rōne infamē est indicen  
da canonica purgatio. Juxta. c. alle. inter sol  
licitudines. et rōne suspitionis heresim abiu  
rare cum pena relapsoz vbi recidivaret si ve  
hementer suspect⁹. vel sine illa si leuiter. et p̄  
cedatur vt in septimo mō p̄cessum fidei ter  
minando circa. xxvij. questionez tactum est.  
Octauus modus incidit vbi sic delatus res  
peritur cōfessus heresim illam sed penitēs et  
nūq; relapsus. Vbi notandū qz cōsequēter  
vbi agit de relapsis et nō relapsis. penitenti  
bus et nō penitentib;. tales distinctiones fa  
cte sunt ppter ecclesiasticos iudices qui de vl  
timis inferendis supplicijs nō se intermittūt.  
Ideo civilis iudex sup cōfessam siue penitēs  
at siue nō. siue relapsa fuerit siue nō. per ciui  
les et imperiales leges procedere p̄t vt iusti  
cia suadebit. tantummō recursus ad ipos tre  
decim modos sententiandi habere p̄t. et fm  
illos se resolvere vbi aliquod ambigūz in  
terueniret.

Questio. xxviii. super modū sententiandi  
maleficā malefica tollentez. Insuper etiam  
super maleficas obstetrices et maleficos sa  
gittarios.

Quintusdecimus modus p̄cessum fi  
dei terminandi et sententiandi est quā  
do delatus de heretica prauitate res  
peritur malefica nō inferentē sed tollentem.  
Circa istum talis practica est seruanda quia  
aut vti remedijs licitis aut illicitis. et si qui  
dem licitis nō vt maleficus sed vt christicola  
est iudicandus. De quibus licitis remedijs  
supra circa principiū huius tercię partis ad  
longū patuit. Si vero illicitis. tunc distin  
guendum. quia aut sunt illicita simpliciter  
aut fm quid. si simpliciter adhuc dupliciter.  
quia vel nocumento p̄rimi vel sine nocumē  
totvtroq; tamē modo semp cum expressa de  
monuz inuocatione. si vero illicita fm quid  
puta quia absq; expressa licet nō absq; tacita  
demonū inuocatione fiunt. talia iudicant vā  
na potius q̄ illicita nominari a canonistis  
et certis theologis vt supra in prima questio  
ne huius vltimę ptis totius operis patuit.  
Iudex ergo quicūq; siue ecclesiastic⁹ siue ci  
uilis licet primos et vltimos non habeat re  
probare et signanter p̄rimos potius cōmen  
dare. et vltimos tolerare put canoniste asse  
runt licitū esse vana vanis cōtundere. Illos  
tamē qui cum expressa demonū inuocatione

maleficia auferunt nullo modo tolerare debet precipue illos qui cum nocumento primi talia committunt. et dicunt cum nocumento primi praticare quando maleficiū ita ab vno auferitur qđ alteri inferit. Nec obstat si illa cui inferitur sit malefica per se sine non. et siue sit homo siue quocūq; alia creatura. patet sup̄ hec oīa acta et gesta in prima questione supra allegata. deducta. Sed querit̄ quid faci et iudex vbi talis asserit se maleficia tollere p̄ licita et nō illicita remedia. aut quō possit talia veraciter iudex cognoscere. Respondet̄ qđ citato illo interroget quibus medijs vtatur. nec tamē verbis suis standū erit. sed ecclesiasticus iudex cui ex officio incumbit diligenter inquirat siue per se siue p̄ plebanū aliquē quia singulis parrochianis exacte sub p̄stituto iuramento qđ exigere potest perquirat quibus remedijs vtatur et si quidē inuenta fuerit put̄ cōmuniter inueniuntur cum sup̄stitionis remedijs oīno nō sunt. p̄pter horribiles penas a canonibus inflictas vt inferius patebit tolerande. Et si queritur vnde possunt remedia licita ab illicitis discerni cum semp̄ asserunt se quibusdā orationibus et herbarum applicationibus huiusmodi amouere. Respondetur hoc facile foret dummodo diligēs inquisitio fieret. Nam quia necesse habent sua superstitiosa remedia occultare. eo vt nō reprehendant̄ seu vt facilius mentes simplicium illaqueare valeant. ideo hōi verbis aut herbarum applicationibus insistant. tamē ex quatuor superstitiosis eoz actibus tanq̄s forulege et malefice manifeste reprehendunt̄. Sūt enim de occultis diuīnantes et ea que nō nisi malozū spiritū reuelatōne scire possunt reserantes. Exempli gratia. vbi p̄ sanitate acquirēda frequentant̄ a leſis causam leſionis aut maleficij aperire et manifestare sciunt. vt si rōne altercationis euz vicina acciderit vel aliqua ex causa alia hoc ipm̄ p̄fectissime noscunt et indicare frequentantibus sciūt. Secundo vbi ad vnus nocumenti seu maleficii curam se intromittunt. alterius vero minime. prout in diocesi Spirensi malefica quedam in loco quodam zun bosen nuncupato existit que licet plures sanare videat̄ certos: tamē minime se posse curare fatetur. nullā ob aliam de causa nisi vt ab incolis fertur qđ maleficia talibus illata sunt tam fortiter ab alijs vt asserit maleficijs impressa et hoc vtiq; virtute demonū qđ illa amouere nō valeant qđ videlicet demon nō semper demoni cedere pot̄ aut nō vult. Tercio vbi sup̄ huius maleficia

illata singulares exceptiones facere noscunt̄ prout in ipa ciuitate Spirensi cōtigisse noscitur. dum quedā honesta persona maleficiata in tibijs huiusmodi diuinatricem ob sanitatis gratiā aduocasset. illa domū ingressa et eā dū intuita fuisset tales exceptionē fecit. si inquit squamos et capillos in vulnere nō habueris reli qua omnia extrahere poterō. causam etiam leſionis aperuit licet ex rure et ad duo miliaria aduentasset dicens. quia cum vicina alter casti tali die ideo tibi accidit. preter squamos etiam et pilos alias q̄ plures diuersozū generū res extraxit et sanitati restituit. Quarto vbi superstitiosus insistunt aut insistere faciunt ceremonijs. vt si ante solis ortū vel alio determinato tempore se frequentari volunt. dicentes qđ infirmitates vltra angariāz illas sanare nequeant. aut qđ tantummodo duas aut tres personas per annū sanare valeant. licet nō sanando sed a leſionibus cessando sanare videantur. Possunt et addi q̄ plures alie cōsiderationes circa talium personarū cōditiones quia vt plurimum retroactis temporibus male et reprehensibilis vite fuerūt diffamate seu adultere aut maleficarū superstites vnde ex nulla sanctitate vite hec gratia sanitatis a deo collata. Incidentaliter reduciunt et obstetrices malefice omnes alias. maleficas in flagitijs excedentes. de quibus et in prima pre operis deductū est. quarū etiam tantus numerus vt ex earum cōfessionibus cōp̄nū est qđ nō estimatur villula vbi huiusmodi nō reperiantur existit. cui periculo vtiq; a p̄sidentibus foret in parte succurrendum vt nō nisi iurate obstetrices a p̄sidentibus deputaretur cum alijs remedijs que in secunda parte operis tacta sunt. Incidit et de maleficijs sagittarijs in cōrumeliam vtiq; christianereligionis tanto periculosius detegentes q̄to et securiores habent in terris optimarū et principum receptatores fautores et defensores. Sed qđ omnes tales receptatores fautores et omnibus maleficijs plerumq; in certis casibus damnabiliores existunt sic declaratur Nam talium defensores a canonistis et theologis in duplici genere assignantur. Quidā nanq; errozē. alij vero personā sunt defendētes. et hi quidem qui errozē damnabiliores ipis qui errant existunt cum nō solum heretici immo heresiarchi habēdi sunt. vt patet xxij. q. ij. qui illozū. Et de his defensoribus communiter nō loquuntur iura eo qđ ab alijs hereticis nō distinguuntur. in quibus etiam habet locum. c. ad abolendam. §. presentī. sepe allega. Quidam alij sunt qui licet

non defendunt errorem defendunt tamen pro  
nam errantem utpote qui resistunt viribus et potentia  
ne tales malefici seu quicumque alii heretici ve  
niant ad manus iudicis fidei ad examinandū  
vel puniendū et similia. Simili modo etiam  
fautores talium sunt in duplici genere. quidam na  
que sunt qui publica funguntur auctoritate hoc est  
publice persone ut domini temporales seu etiam spiri  
tales qualem iurisdictionem habentes qui etiam fau  
tores esse possunt duobus modis. obmittendo et  
comittendo. Obmittendo scilicet facere ea circa ma  
leficos vel suspectos. infamatos vel creden  
tes. receptatores. defensores et fautores ad qui  
ex eorum officio obligantur. cum tamen ab episcopis  
vel inquisitoribus vel eorum alteri requiruntur ut  
pote si eos non capiunt vel captos non diligē  
ter custodiant. vel infra districtum suum ad locum  
de quo eis mandat non deducant aut executio  
nem promptam de eis non faciunt et similia ut pa  
tet in c. Ut inquisitionis. in principio. li. vi.  
de here. Comittendo autem utpote si captos hu  
iusmodi sine episcopi aut iudicis eius licentia vel  
mandato a carcere liberent vel processum iudi  
cium vel sententiam eorum directe vel indirecte im  
pediant vel similia pagunt ut patet. c. allega. ut  
officiū. §. prohibemus. Sene talium in precedentibus  
circa secundum principale huius operis  
et circa finem ubi de maleficiis sagittariis et aliis  
armorum incantatoribus tactum est declarate sunt.  
Ad prius sufficiat quod omnes tales ipso iure sunt  
excommunicati. et. xi. magnas penas incurrunt  
patet extra de here. excommunicamus. primo  
§. credentes. et. c. alle. ut inquisitionis. §. prohibe  
mus. In qua excommunicatione per annum persiste  
rint animo pertinaci extunc sunt vel heretici con  
demnandi. ut eo. c. et. §. alle. Qui vero dicendi sunt  
receptatores et an habendi sunt vel heretici. Re  
spondet quod recipientes huiusmodi maleficos sagit  
tarios aut quoscumque armorum incantatores ni  
gromanticos seu maleficos hereticos de qui  
bus in toto opere tractatum est sunt in duplici  
genere sicut etiam de eorum defensoribus et fautori  
bus tactum est. Quidam namque sunt qui non tamen  
semel vel bis sed pluries et frequenter tales susci  
piunt. et isti proprie et secundum vim vocabuli dicuntur  
receptatores. a receptando quod est verbum frequen  
tativum. et tales receptatores quandoque sunt si  
ne culpa utpote si ignoranter hoc faciunt nec ali  
quid vniuersi sinistra de eis suspicari sunt. Alii  
quandoque sunt in culpa utpote quoniam eorum errores  
sciunt. et non ignorant quod ecclesia tales semper  
sequitur tanquam crudelissimos fidei hostes. Et  
nihilominus domini terrarum eos receptat. tenent.  
defendunt et. tales proprie sunt et dicuntur  
hereticorum receptatores. et de talibus etiam loquuntur

398  
tur iura. et qui sunt excommunicati iuxta. c. excom  
municamus. primo. §. credentes. Quidam autem  
non pluries et frequenter sed tamen semel vel bis  
huiusmodi maleficos aut hereticos receperunt  
et isti non videntur proprie dici receptatores  
quia non frequentarunt sed receptatores  
quia eos receperunt. et non receperunt. Licet  
Archidiaconus dicat contrarium in. ca.  
quicumque. super. receptatores. de quo ta  
men non est magna vis quia non de verbis sed  
de factis curandum est. Ponitur tamen differē  
tia inter receptatores et receptores. eo quod do  
mini terrarum semper dicuntur talium recep  
tatores. ubi simplices qui eos expellere non  
habent nec possunt. si receptores sunt sunt ta  
men sine culpa. Ultimo autem de impedito  
ribus officii inquisitionis episcoporum con  
tra huiusmodi maleficos hereticos qui sunt  
et si heretici dicendi sunt. Ad quod responde  
tur quod huiusmodi impedidores sunt in dupli  
ci genere. Quidam namque sunt qui impediunt  
directe ut qui captos pro heresis crimine a car  
cere propria temeritate liberant vel processum  
inquisitionis lacerant. testes in causa fidei pro  
eo quia testificati sunt vulnerant. vel si domi  
nus temporalis statuatur quod nullus nisi ipse de  
hoc crimine cognoscat. Aut quod nullus nisi si  
bi de hoc crimine accusari possit nec testifica  
ri nisi coram eo et similia et isti impediunt di  
recte iuxta notata per Jo. an. in. c. statutum.  
super. ver. directe. libro. vi. de heret. Et qui pro  
cessum iudicium vel sententiam in tali causa  
fidei directe impediunt. vel qui ad hec agen  
da prestiterint auxilium consilium. vel fau  
orem. Et tales licet sint multum culpabiles.  
non tamen ex hoc sunt heretici iudicandi nisi  
si aliter appareret quod essent consimilibus erro  
ribus maleficorum inuoluti cum pertinaci vo  
luntate. sunt tamen ipso iure excommunica  
tionis mucrone percussi. iuxta. c. Ut inquisi  
tionis. §. prohibemus. sic quod si in illa excom  
municatione steterint per annum animo per  
tinaci extunc sunt vel heretici condemnandi.  
ut patet. c. et. §. alleg. Quidam vero sunt qui  
impediunt indirecte utpote qui statuunt quod nul  
lus portet arma ad capiendum hereticos nisi  
si de familia domini temporalis et similia iux  
ta notata per Joan. Andr. in. c. statutum. su  
per. verbo indirecte. et tales sunt minus cul  
pabiles quam primi. nec sunt heretici sed sunt ex  
communicati. Iuxta alleg. c. Ut inquisitionis.  
Et etiam prestantes ad hoc consilium. auxilium  
vel fauorem. taliter quod si steterint in illa excom  
municatione per annum animo pertinaci extunc  
sunt condemnandi. per alle. c. et. §. prohibemus.

Quod sic est intelligendū q̄ heretici cōdem-  
nantur taliter q̄ si volunt redire recipiuntur  
ad misericordiaz. errore prius abiurato. als  
vt impenitētes traduntur curie seculari. vt pa-  
tet p. c. ad abolendam. §. p̄nti. Epylogando.  
malefice obstetrices. put alie malefice malefi-  
cia inferentes fm̄ qualitatē criminū p̄demnā-  
tur et sententiant. et a simili malefice malefi-  
cia superstitiose vt dictū est p̄nti. diaboli tol-  
lentes. cum nō dubiū sit q̄ sicut auferre ita z  
inferre p̄nt. vnde z ex quodā pacto taliter ma-  
lefice ex demonū informatōne conueniūt. vt  
be quidē ledere alie vero sanare debeāt. vt sic  
eo facilius mentes simpliciu illaqueando su-  
am perfidiā augmentant. Sagittarij vero et  
alij armorū incantatores malefici. cum nō ni-  
si ex fauore defensione receptatōe presidentis  
um sustentant. omnes tales penis p̄scriptis  
subiacent et qui officiales quoscūq; cōtra bu-  
iusmodi maleficos aut eorū fautores z. in co-  
rum officio impediret simili mō ex cōmuni-  
cati sunt. et oibus penis vti fautores subia-  
cent. verū vbi steterint per annū in illa excō-  
municatione aīo p̄nti. si redire voluerint  
abiurant impedimentū et fautoriā et ad mi-  
sericordiā admittunt alias vt impenitentes  
heretici traduntur brachio seculari. Et vbi nō  
stent p̄ annū nihilomin⁹ cōtra impeditores  
h̄mōi p̄nti p̄cedi vt cōtra fautores hereticorū.  
ar. c. accusatus. §. vltimo. Et q̄d dictū est de  
fautoribus defensoribus receptatoribus et im-  
peditōribz super maleficos sagittarios z. idē  
et per oīa intelligendū est erga quascūq; ma-  
leficas aut maleficos hoibus iumentis z ter-  
re frugibus varia nocumenta inferentibus.  
Verū et ipi malefici quicūq; vbi in foro pe-  
nitentie spiritu contrito et humiliato peccata  
descentes et pure cōfiteutes veniā petierint.  
ad misericordiā recipiunt. alias vbi innores-  
cunt cōtra eos p̄cedere debent q̄bus ex offi-  
cio incumbit citando arrestando capiendo z  
p̄cedendo in oibus iuxta criminū qualitatē  
vsq; ad sententiā diffinitiuā inclusiue vt ta-  
ctum est si et inquantū h̄mōi p̄sidentes eter-  
ne danatōis laqueum p̄pter excōicationē eis  
ab ecclesia inflictā euadere velint.

**Q**uestio. xxxv. huius vltime partis super  
modos sententiandi maleficos quoscūq; fri-  
uole aut etiā iuste appellantes.

**I** vero ad appellatōis remediū finali-  
ter delatum cōfugere iudex cerneret.  
Notandū primo q̄ hec interdū vali-  
da atq; iusta. interdū friuola atq; nulla decer-

nitur. Cum enī in negocijs fidei summarie  
simpliciter et de plano sit p̄cedendum vt ex  
p̄cedentibus sepe tactū est ex. c. multoz que-  
rela. in clc. vbi et appellatōis remediū inter-  
dicitur. Attamen qz iudices interdū sponte  
p̄pter negocij arduitatē libētē ipm̄ prorogāt  
et dilatant. Ideo aduertere possunt q̄ vbi de-  
latus sentiret se a iudice realiter z de facto cō-  
tra ius et iusticiā aggrauatū vtpote qz cum  
ad se defendendū admittere noluit. vel qz so-  
lus sine cōsilio aliorū vel etiam sine assensu  
episcopi. vel eius vicarij p̄nunciavit delatū  
questionare cum alias sufficientes probatio-  
nes p̄ et cōtra habere potuissent et huius si-  
milis. tunc quidem appellatio foret iusta. als  
nō. Secundo notandū q̄ iudex appellatōne  
huiusmodi sibi p̄sentata. tunc absq; p̄turba-  
tione et motu debet petere copiam appellatio-  
nis. p̄stādo verbo q̄ nō currat sibi tempus  
et cum ip̄e delat⁹ tradiderit sibi copiā appel-  
lationis aduertat q̄ adhuc habz duos dies  
ad respondendū et post hec duos adhuc tri-  
ginta ad apostolos exhibendum Et licet sta-  
tim possit respondere z apostolos dare istos  
vel illos vbi sit multū expertus et peritus. tū  
vt cautius p̄cedatur melius est aliquē termi-  
num. x. vel. xx. aut. xxv. dicitū eidem ad dan-  
dum pariter et recipiendū apostolos quales  
dare decreuerit assignare cum potestate pro-  
gandi. Tercio notandū est iudici q̄ infra tē-  
pus iuris z infra tempus assignatū debet di-  
ligenter attendere et discutere causas appella-  
tionis seu grauamina allegata. et si videt ha-  
bito bono cōsilio pestozū q̄ iniuste et inde-  
bite delatū aggrauauit ad se defendendū nō  
admittendo vel questionibus nō debito tem-  
pore exponendo vel similia adueniente ter-  
mino assignato corrigat errorem suum et re-  
ducat p̄cessum ad punctum et statum in quo  
erat quando defensiones ille petiuit vel ter-  
minum ad interloquendū assignauit et simi-  
lia. et tollat grauamen quo ablato procedat  
p̄nti. ante. quia p̄ ammōtionē grauaminis  
appellatio que erat aliqua fit nulla. Juxta. c.  
cessante. extra de appella. Sed hic attendat  
circumspectus et p̄uidus iudex. q̄ que-  
dam sunt grauamina reparabilia et sunt illa  
de quibus iam dictum est. et tunc habent lo-  
cum ea que dicta sunt. Quedam autem sunt  
reparabilia. vtpote si delatus fuerit questio-  
natus realiter et de facto et post euadens ap-  
pellat. Vel si Alenodia et aliqua vtilia si-  
mulcum vasis et instrumentis quibus ma-  
lefici vtuntur fuerunt recepti et combusti

et similia que nequeunt reparari nec reuocari et tunc non habet locum predictus modus scilicet processum ad statum reducere in quo fuit gravamen huius irrogatum. Quarto notandum iudici est quod licet a die responsionis habeat triginta dies ad apostolos exhibendum iuxta. c. de appell. et possit petenti assignare ultimum diem iuris hoc est tricesimum ad apostolos recipiendum. tamen ne videatur quod velit verare delatum et de veritate indebita reddat suspectum. et ne videatur confirmare gravamen sibi impositum propter quod exstitit appellatum melius est quod assignet infra tempus iuris terminum competentem utpote decimum diem vel vicimum et potest postmodum si expedire noluerit adveniente termino. pro rogare. dicendo se fuisse alius negociis implicatum vel huiusmodi. Quinto notandum iudici quod quando prefigit terminum appellanti et apostolos petenti quod non assignet solum ad apostolos dandum. sed ad dandum pariter et recipiendum quia si assignaret ad dandum tantum: tunc iudex a quo appellaretur haberet appellanti mittere. Assignabit ergo ei terminum. hoc est tales diem talis anni ad dandum eis et recipiendum a iudice apostolos tales quales dare decreverit. Sexto notare debet quod in assignatione huius termini: non dicat respondendo quod dabit apostolos negativos aut affirmativos: sed ut plenius deliberare possit. dicat quod exhibebit tales quales tunc decreverit exhibendos. Attendat etiam quod in assignatione huius termini appellati ut tollatur omnis cautela et astutia et malicia appellantis assignet locum in specie diem et horam. utpote quod assignet vicimum diem augusti anni proximi et horam vesperarum et cameram ipsius iudicis in domo tali talis civitatis vel loci sitam tali appellanti ad dandum et recipiendum apostolos tales quales decreverit exhibendos. Septimo notat quod si decreverit in animo suo destitit de latum crimine requirente et iusticia exigente. In assignatione termini ponat quod assignat talem terminum ad dandum vel recipiendum personaliter apostolos ipsi appellanti assignetque talem idem eidem appellanti ad dandum eidem et recipiendum ab eo apostolos. de quo sit in potestate iudicis appellantem libere retinere. datis tamen prius statim apostolis negativis alias non. Octavo notet iudex ne aliquid innouet circa appellantem ipsum capiendum vel questionando seu a carcere liberando. vel alias ab hora qua fuit sibi appellatio presentata usque ad horam qua tradidit apostolos negativos. Et prologando. Nota sepe contingit quod de

latus quando dubitat quod contra eum feratur sententia. quia constat sibi de culpa sua frequenter recurrere ad appellationis remedium ut sic subterfugiat iudicis sententiam unde ab ipso appellat et causas frivolas assignat. utpote quod iudex eum caprum tenuit et cautioni idonee eum tradere noluit et similia frivola colorata. qua appellatione iudici presentata copia appellationis petat. qua habita statim vel post duos dies responsione. die horam et locum appellanti ad dandum et recipiendum apostolos tales quales decreverit prefigat. infra terminum tamen iuris utpote. t. xv. xx. vel. xxx. die talis mensis. infra quem terminum assignatum iudex copia appellationis et gravamina seu causas propter quas appellat diligenter discutiat et cum bono consilio iurisperitorum deliberet an exhibeat appellanti apostolos negativos hoc est responsiones negativas appellationem non admittendo vel affirmativas hoc est responsiones affirmativas et reuerentiales mittendas ad iudicem ad quem appellat appellationi deferendo. Si enim videat quod cause appellationis sunt false vel frivole atque nulle et quod appellans non vult nisi iudicium subterfugere seu prorogare det apostolos negativos siue refutatorios. Si autem videat quod gravamina sunt vera et iniuste sibi illata et non sunt reparabilia vel dubitat si est ita vel alias fatigatus propter maliciam appellantis. vult se a tanto onere liberare exhibeat appellanti apostolos affirmativos seu reuerentiales. Adveniente igitur appellanti termino assignato si iudex nondum formavit apostolos seu responsiones vel alias non est dispositus. peremptorie potest prorogare simul vel successive usque ad. xxx. diem qui est ultimus terminus iuris ad exhibendum apostolos assignatos. Si autem formavit et est dispositus potest statim dare apostolos appellanti. Si igitur decreverit dare apostolos negativos seu refutatorios adveniente termino peremptorio assignato exhibebit per modum qui sequitur in scriptis.

**I**ndictus iudex respondens prefate interiecte appellationi si dicit appellatio mereatur. dicit quod ipse iuste et secundum canonicas sanctiones seu etiam imperialia statuta seu leges processit et procedere intendit et a iuris utriusque tramite non discessit: nec discedere intendit. minusque ipsum appellante aggravavit nec aggravare intendit aut intellexit. quod propter causas coloratas allegatas singulas decernedo. Non enim gravavit in hoc quod cum cepit et

captum tenuit. quia cū sit sibi delatus de tali  
heretica prauitate et testes multos habeat cō  
tra cum merito ipm tanq̄ cōuictum de heres  
si. vel sibi uehementer suspectum captum te  
nere debuit atq; debet. nec grauauit cum qz  
dare ipm noluit cautioni. nam cum crimen  
heresis sit crimen de maioribus et ipse appella  
ns esset cōuictus et statim in negatiua ne  
quaq; erat. nec est cautio fieri maxime dan  
dus: sed est et erat in carceribus detinendus.  
Et sic discurrat per alias rationes. Quo fa  
cto dicat sic quare apparet q̄ ipse iudex debite  
et iuste p̄cessit et a iuris seminis minime de  
niari. minusq; ipm in aliquo aggrauauit.  
sed ipse appellans per causas coloratas atq;  
fictas nititur subterfugere iudicium iniuste  
et indebite appellando. propter que eius ap  
pellatio est friuola atq; nulla utpote a nullo  
grauamine interiecta peccans in materia et  
forma. Et cum appellationibus friuolis nec  
iura deferat nec sit a iudice deferendū. Ideo  
dicit ipse iudex q̄ interiectā appellationē non  
admittit nec admittere intendit. nec ei deferret  
nec deferre pponit. Et hanc responsionē of  
fert dicto tali sic indebite appellanti. p̄ aposto  
lis negatiuis. et mandat inseri statim immed  
iate post appellationē predictā eidem p̄sen  
tata. Et sic tradat notario qui appellationē  
eidē presentauit.

**Q**uibus apostolis negatiuis sic adhi  
bitis appellanti. statim iudex p̄tinuan  
do ipm suum officium exequatur. man  
dando eundem capi seu detineri. vel ipm ar  
restando vel terminū ad cōparendum coram  
se eidem assignando vel aliquod simile p̄ter  
quod appareat qd̄ nō desinit esse iudex. conti  
nuabitq; p̄cessum suum contra appellantem  
quousq; a iudice ad quem est appellatū sit p̄  
hibitus ne p̄cedat. Caveat tū iudex q̄ nullā  
nouitatem faciat cōtra appellantē personam.  
nec ipm capiendo nec si captus est a carcere  
liberando nec al̄s ab hora qua fuit sibi appel  
latio presentata. quousq; apostolos ei tradi  
derit negatiuos. sed extunc ut predictis pote  
rit si iusticia hoc requirat. quousq; sit p̄hibi  
tus a iudice ad que fuerat appellatum. et tunc  
cum p̄cessibus clausis et sigillatis et cum fi  
de ac tuta custodia idonea cautione si oport  
uerit remittat eum ad iudicē antedictum.  
Si autem iudex exhibere decreuerit aposto  
los affirmatiuos et reuerentiales aduenien  
te eidē termino pemptorio assignato ad dan  
dum et recipiendū apostolos. Exhibebit per

modū qui sequit̄ in scriptis.

**R** dictus iudex respondendo p̄fate  
interiecte appellationi si dici appella  
tio mereatur. Dicit q̄ ipse iuste et p̄  
ut debuit in causa presenti processum et non  
alias nec dictum aggrauatū se appellasse ag  
grauare intendit. quod patet ad allegatas ra  
tiones singulas discurrendo. non enim ipm  
aggrauauit in hoc q̄ dicit et discurrat p̄ cau  
sas singulas appellationis meliori modo et  
cum veritate qua poterit respondendo. Cō  
cludēdo sic. quare apparet q̄ ipse iudex dictū  
appellantem nullatenus aggrauauit nec cau  
sam dedit eidem appellanti metuens ne scdm̄  
eius demerita ad iusticiā p̄cedatur. p̄ter qd̄  
eius appellatio est friuola atq; nulla. qz a nul  
lo grauamine interiecta. nec ei est iure a iudi  
ce deferendū. Verū p̄ter reuerentiā sedis as  
postolice ad quā extitit appellatū dicit ipse iu  
dex q̄ dictā appellationē admittit eiq; deferret  
et deferre intendit. totum p̄fens negocium  
ad sanctissimū dñm nostrum papam et san  
ctam sedem apostolicā. remittendo assignan  
do eidem appellanti certū tempus scz tot mē  
ses p̄ime subsequentes. Infra quos cum p̄  
cessibus clausis et sigillatis sibi p̄ ipm iudi  
cem tradendis. vel alias data idonea cautio  
ne de presentando se in romana curia. vel cū  
fide et tuta custodia eidem per ipm iudicem  
exhibenda. habeat se in romana curia p̄sen  
tare dño nostro pape. Et hanc responsionē  
offert ipse iudex eidem appellanti. p̄ apostolis  
affirmatiuis et mandat eam inseri immedia  
te post interiectā appellationē eidē p̄sen  
tata. Et sic tradat eam notario qui appellatio  
nem eidem presentauit.

**A**tendat autē prudens iudex q̄ mor  
ut apostolos reuerentiales appellan  
ti exhibuit in causa illa pro qua ille  
appellauit statim ipse desinit esse iudex. Nec  
pot̄ ampli⁹ de illa cognoscere nisi sibi causa  
remissa per sanctissimū dñm nostrum papam  
quare de causa illa se amplius nō intromit  
tat nisi mittendo dictum appellantem per mo  
dum predictum ad dominū nostrum papam  
assignando eidem terminum cōpetentem. ut  
pote vnus mensis duorum vel trium quate  
nus interim possit se ad eundem disponere et  
parare recipiatq; ab eo de comparando et se  
presentando in romanam curiam infra eun  
dem terminum assignatū idonea cautione.  
Vel si appellans non potest illam p̄fere  
mittatur cum fide et tuta custodia.

149 Instatun

Vel obliget se melius quo poterit quatenus  
 se infra terminum assignatum in romanam curiam  
 presentabit domino nostro pape vel per ipsum non sta-  
 bit. Si autem iudex habet causam aliam ac pce-  
 dit contra eam in alia causa in qua delatus non  
 appellavit. In ipsa illa causa iudex remanet put  
 ante iudex. Etiam si post admissam appellatio-  
 nem et datis apostolicis reverentialibus ipse ap-  
 pellans accusat et denunciatur iudici de alijs  
 heresis criminibus. de quibus non agitur in  
 causa pro qua appellavit non definit esse iudex  
 immo potest pro se ad informandum et testes exami-  
 nandum libere put prius. Et finita prima cau-  
 sa in romana curia vel ad iudicem remissa potest  
 procedere libere in secunda. Advertant autem iu-  
 dices quod processus clausos et sigillatos ad ro-  
 manam curiam mittant iudicibus assignatis qui  
 iustitiam faciant processus meritis ac iustis. nec  
 inquisitores ibi curent agere contra appellan-  
 tes sed dimittant eos predictis suis iudicibus  
 iudicandos. qui iudices si inquisitores no-  
 lunt facere partem contra appellantes procedent  
 ex officio ad procuracionem appellantium si volue-  
 rint expediri. Aduertant etiam iudices quod si ad  
 appellantium instantiam citent personaliter et com-  
 pareant. caueant tamen omnino litem non iurare.  
 sed attendant processus exhibere et totam causam  
 ad illos reducere et procurerit ut citius poterunt  
 remeare ne ibi tedijs miserijs laboribus et ex-  
 pensis damnabiliter fatigentur. sequuntur  
 namque damna ecclesie et heretici confortant. et ex  
 post non inveniunt iudices tantum fauorem et re-  
 uerentiam nec timentur put eorum presentia facit.  
 Item ipsi heretici alij quicunque videntes iudi-  
 ces in romana curia tangant et detineri erigunt  
 sibi cornua et contemnant ac malignabunt et  
 audacius hereses seminabunt. et ubi agit contra  
 eos simili modo appellabunt. Alij etiam iudices ei-  
 ficiunt debiliores ad negocia fidei prosequen-  
 dum et ad hereticos extirpandum metuentes  
 ne per similes appellaciones tedijs et miserijs  
 fatigent et hec omnia cedent in magnam preiudi-  
 cium fidei et ecclesie sancte dei a quibus sin-  
 gulis sponsum ipsius ecclesie eam preferuare  
 dignetur.

**S**it laus deo. exterminium heresis. pax  
 vivis. requies eterna defunctis. amen.

Anno Instatun M. 14. 94.  
 impressus Hermannus reditor  
 Mathim Mallusinger instatun  
 et Anthonimus Koburger Niburgum.  
 rimum est impressus in archiepiscopio firmiter  
 solutus 17. die mensis Martij

lokale  
 verzeichn  
 in d. auf  
 H. 924f.  
 nicht  
 ist  
 dass  
 verbe  
 dem  
 17. 3. 54

102